[illegible] fruendi ac [illegible] prout [illegible] beneplacitis libere et effectualiter convertendi vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et dilucius in Regno Poloniae observari solitarum.

Jaworski Conti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemisliensi Nobilis Grzegorz Jaworski Wolszlowski sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia [illegible] Nobili Jenna Baczynska Nobilis olim Petri Baczynski cum Nobili Martha Ustrzycka consorte eius legitima procreatae Filiae suae vero Recognoscentis Conti legitimae eiusque posteris Summam Centum Florenorum Polon. ratione Dotis et expeditionis post eam acceptae et in domum suam importatae, nec non aliam similem summam Centum Florenorum Polonicalium, ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij, in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum, obligatoriorum, mobilium, et immobilium, summarumque quarumvis pecuniarum, necnon auri, argenti, clenodiorum, unionum, margaretarum, vestium, vestimentorum, stanni, aeris cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equiciorum, ac totius supellectilis Domesticae, nunc habitorum et in post habendorum dedit donavit, dotalitavit, inscripsit et reformavit. prout dat, donat dotalitat, inscribit et reformat praesentibus. per ipsam Nobilem Baczynska suae Regnatis Contem legitimam et ipsius posteros, eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum universis ipsorum utilitatibus, et usufructibus, competentiaque et pertinentia quavis tenendi, habendi, et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad usus suos et suorum successorum quovis beneplacitos libere et effectualiter convertendi vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et dilucius in Regno Poloniae observari solitarum.